

Universitätsbibliothek Paderborn

Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Verna - A Dominica Septuagesimae, ad Dominicam SS. Trinitatis

Haineuve, Julien

Coloniæ Agrippinæ, 1665

Ad Evangelium Feriæ. De cæco nato.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44214

lubr. 2. *partes terra.* Itemque alibi: *Eum autem, qui modico quam Angeli minoratus est, videmus locum propter passionem mortis, gloriam & honorem coronatum.* Sic beatissima Virgo prius se an- cillam dixit quam esset mater, ut esset prima post Christum quae se postremam fecerat. Sic sanctus Joannes Baptista, priusquam dicere- tur major inter homines, se insimum dixit, & indignum, qui vilius exhiberet officium Christi; *Non sum dignus, inquietabat, solvere corrigiam calceamentorum eius.*

exaltatus & sublimatus fuerit. *Gloriam praedictam humilitatem, ait Sapiens.* Tu ergo qui queris gloriam, quomodo non amas humilitatem, aut si humilitatem amas, quomodo fugis hu- miliationem, in qua unum probatur vera hu- militas? Non sic Christus, non sic; qui se om- nium infimo posthabitum vidit! *Beatus qui Serm. 2. ubique te ducem habet Domine Iesu, non illum de Asc. refugam spiritum, qui statim ascendere voluit, Dom.* & tota Divinitatis dextera percussus est. Nos au- tem populus tuus & oves pascua tue, sequamur te, per te, quia tu es Via, Veritas, & Vita: *Via in exemplo, Veritas in promissio, Vita in premio.* Sic apostolus Bernardus.

lubr. 3.

Sic a primo ad ultimum, aut potius ab ul- timo ad primum, agnoscet ordinem gloriae & honoris, ut quo quis se sponte demiserit, aut se aliunde humiliatum voluerit, eo magis

PRO EADEM FERIA QVADRAGESIMALI.

Ad Evangelium, de Caco nato. Ioan. 9.

VIDE in 4. parte, hebdomadam vicesimam, quae tota de illo est per singulas Ferias.

FERIA QVINTA. CHRISTVS FLAGELLATVS.

Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellavit. Ioan. 19.

VERITAS PRACTICA.

Qua duo Infidelem a Christo avocant, dolor & ignominia; Fideli ad Christum vo- cant.

SENSUS EST. Quod sicut Infidelis nihil videatur miserius quam ignominia simul & pena, qua in Christo presentim apparent, & a quo prein- die Ille avocatur: *Sic fidelis Christiano nihil est beatus quam illa duo, propter quae idcirco magis Christo adheret.*

RATIO est, quia propterea infidelis nihil nisi miserius videatur quodam de rebus iudicet per ratio- nes humanas, secundum quas ita iudicatur. Sed fidelis Christianus non ita de rebus iudicat, sed potius per rationes eternas, secundum quas nihil est beatus quam ignominia & pena fortior tolerata.

Ergo sicut Infidelis nihil illis miserius, sic fidelis

Christiano nihil beatius; & sicut ille inde a Christo recedit longius, sic idcirco fidelis acce- dit propius.

I. PUNCTUM.

CVM, ut ait sanctus Lucas, *Iudei insta-* *Luc. 23.* *crent contra Christum, vocibus magnis pa-* *ssulantes ut crucifigeretur,* & in valecen- *cent voces eorum: Pilatus nondum quidem* propterea contra conscientiam voluit inno- *centem damnare morre, sed contra omnem ius* damnavit virginis; Si enim est innocens, cur fla- *gellabitur?* Sic videlicet multi nollent eum lethaliter offendere, sed in levioribus quas putant, culpis, non vereantur. *Tunc ergo, in-* *Ioan. 19.* *quit sanctus Joannes, apprehendit Pilatus Ie-* *sus, & flagellavit.* Id est, jussit flagellari, vel ipse primus flagellum impegit.

Cogita quam crudelē simul & ignomi-
nia

T 3

prosum